

Fo.

LXXVI

insultant de cadaveribus insepultis. Totum itaque istud de sepultura loci verbis talibus explicavi. At enim in tanta iniqua strage cadaverum nec sepeliri poterunt. neque istud pia fides nimium reformidat tenens predictum: neque absumentes bestias resurrecturis corporibus obscurat. quorum capillus capitis non pibit. Nullo modo diceret veritas. Nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere. si quisque obisset vite future. que quid inimici de corporibus occisorum facere voluissent. Si forte quis pia sic absurdum est. ut concedat eos qui corpus occidunt: non debere timere ante mortem: ne corpus occidant: et timere debere post mortem: ne corpus occisum sepeliri non sinant. falsum est ergo quod ait: qui corpus occidit et postea non habent quod faciant: si habet tanta que de cadaveribus faciat. Absit ut falsum sit quod veritas dixit. Dicitur et aliquid eos facere cum occidunt: quia in corpore sensus est occidendo. postea vero nihil habere quod faciat. quia nullus sensus est in corpore occiso. Dulcia itaque corpora christianorum terra non recipit: sed nullum corpus quicquam a celo et terra sepauit: quam totam implet presentia sui qui nonit unde resuscitaret quod creauit. Dicit quidem in psalmo. Posuerunt mortalia seruum tuorum escam volatilibus celi: carnes sanctorum tuorum bestijs terre: effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu hierusalem. et non erat qui sepeliret. Sed magis ad exaggerandas crudelitatem eorum qui ista fecerunt. non ad infelicitatem eorum que ista pepelli sunt. Quamuis enim hec in conspectu hominum dura et dura videantur: sed preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Proinde ista omnia. id est curatio funeris: oditio sepulture: pompa et equiarum magis viuius solatia sunt quam subsidia mortuorum. Si aliquid prodest impio sepultura preciosa oberit pio vili aut nulla. Preclaras exequias in conspectu hominum purpurato illi diuiti turba exhibuit famulorum: sed multo clariores in conspectu domini vlceroso illi paupis ministerium prebuit angelorum. que eum non extulerunt in marmoreum tumulum: sed in abrahe sinum sustulerunt. Nident hec illi terra quos defenden-

dam suscepimus civitatem dei. Verumtamen sepulture curam etiam eorum philosophi preceperunt: et sepe uniuersi exercitus dum per terram patriam morerentur: ubi postea iacerent: vel quibus bestijs esca fierent non curauerunt. Licet poetas de hac re plausibiliter dicere. Celo regis: qui non habet vitam. Quamvis minus debent de corporibus insepultis insultare christianis: quibus et ipsi carnis membrorum omnium reformatio non solum ex terra. verum etiam ex aliorum elementorum secretissimo sinu quo dilapsa cadavera recesserunt. in temporis puncto reddenda et reintegranda permittit. *Actio tamen commendata et abijcienda sunt corpora defunctorum maximeque iustorum ac fidelium. quibus tanquam organum et vas ad omnia bona opera sancti spiritus usus est. Si enim paterna vestis et anulus ac si quod homini tanto carius est posteris quamto erga parentes maior affectus. nullo modo ipsa spernenda sunt corpora. que vtiq; multo familiariora atque coniunctius quam quilibet indumenta gestamus. Nec enim non ad ornamentum vel adiutorium quod adhibet extrinsecus: sed ad ipsam naturam hominis pertinet. Unde et antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt. et exequie celebratae. et sepultura preuisa. ipsi cum viuerent de sepeliendis vel etiam transferendis suis corporibus filiis mandauerunt: et tobias sepeliendo mortuos deum premeruisse teste angelo commendat. Ipse quoque dominus die tertiae resurrexerat religiose mulieris bonum opus predicat. predicandum quoque commendat: quod unguentum preciosum super membra eius effuderit. atque hoc ad eum sepeliendum fecerit: et laudabiliter commemorant in euangelio: quod corpus eius de cruce acceptum diligenter atque honorifice tegendum sepeliendumque curarunt. Neque iste auctoritates non hoc admonent quod insit vilius cadaveribus sensus: sed ad dei prudentiam cui placet etiam talia pietatis officia corpora quorum mortuorum preinere significant. propter fidem resurrectionis asstruendam. ubi et illud salubriter discutit: quanta possit esse remuneratio per demofonis quas viuentibus et sentientibus exhibemus. si neque hoc apud deum perit quod et animis hominum membris officium diligentibus prefoluit. Sunt quidem*

m 4

Capit. 7.